



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.29. Concilium Nicenum II. Universale septimum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII. Arabes in Natolia usuram, deinde vero  
A. C. 787. arma ponere iussit & cingulum solvere,  
 moxque eorum familias, quæ Constantinopoli remanserant, navigiis impositas in patriam revehi. Itaque, explorata fide exercitus & Præfectorum, secunda, mense Majo anni sequentis septingentesimi octogesimi septimi iterum omnes Episcopos convocat, Synodum Niceæ in Bithynia celebraturos. Illi tota æstate  
*Ep. Hadr. ad Car. to. 7. Conc. p. 962.* coaventus egerunt, atque Legati Papæ ex Sicilia revocati, ubi interim habere iussi fuerant. Legatos vero Patriarcharum Orientalium Imperatrix Constantinopoli retinuerat.

## §. XXIX.

*Concilium Nicenum secundum. Universale septimum.*

Episcopis Niceæ congregatis, Tarasius Patriarcha quoque venit, comitantibus Papæ Legatis, item Legatis Orientis, & præcipuis Aulæ Cæsareæ viris, quos inter numerabatur Nicephorus, Imperatori ab epistolis, postmodum Tarasii  
*vit. S. Taras. 6. 5.* in Sede Constantinopolitana Successor. Præterea Tarasium Niceam proficiscentem sequebantur quidam Sancti Monachi Disciplinæ Ecclesiasticæ amantissimi, inter quos erant S. Plato Abbas Sacudionensis, & S. Theophanes, olim Patricius, qui hoc iter asina vectus & lacera veste indu.

*Theoph. an. 8. p. 390. ep. Taras. to. 7. Conc. p. 526. vit. S. Theo. Boll. 12. Mart. to. 7. p. 221.*



indutus perfecit, cum alii comites itin-  
 ris purpura fulgerent, & validis equis  
 uterentur. Ergo conveniunt Patres in  
 Ecclesia Sanctæ Sophiæ Niceæ anno octa-  
 vo Regni Constantini & Irenis octavo  
 Cal. Octobris Indictione undecima, id est,  
 vigesimo quarto Sept. anno septingente-  
 simo octogesimo septimo. In capite  
 Actorum leguntur nomina duorum Le-  
 gorum Pontificis, scilicet Petri Archi-  
 presbyteri Ecclesiæ Romanæ, & Petri  
 Presbyteri & Abbatis Monasterii S. Sabæ  
 Romæ, tanquam Hadriani Papæ Vicario-  
 rum. Sequitur nomen Tarasii Patriar-  
 chæ Constantinopolitani, tum Joannis &  
 Thomæ Presbyterorum, qui Legati & Vi-  
 carii erant Sedium Apostolicarum Orien-  
 tis, nimirum Joannes vices agebat Theo-  
 doreti Patriarchæ Antiocheni, & Eliæ Pa-  
 triarchæ Jerosolymitani, Thomas vero  
 Politiani Patriarchæ Alexandrini.

Sæcul. VIII.  
 A. C. 787.

24. Sept.

vit. S. Taras.  
 c. 5.

Deinde nominantur Agapius Episco-  
 pus Cæsariensis in Cappadocia, Joannes  
 Ephesinus, Constantinus Constantiensis  
 in Cypro, Nicolaus Cyzicenus, & Eu-  
 thymius Sardensis. Euthymius olim Mo-  
 nachus, & Imaginum amore persecutio-  
 nem passus, undecimo die Martii inter  
 Sanctos colitur. Trecenti & septuagin-  
 ta septem Episcopi, qui huic Concilio  
 interfuerunt, omnes ex Provinciis Im-  
 peratori Constantinopolitano subjectis,

Boll. to. 7.  
 p. 73.  
 Mart. Rom.  
 II. Mart.





Sæcul. VIII. nempe ex Græcia, ex Thracia, Natolia,  
 A. C. 787. Infulis Archipelagi, Sicilia, & Italia, nu-

Couc. p. 46. merantur. Aderant quoque viri duo ab  
 Imperatore delegati, in Ecclesia ante am-  
 bonem sedentes, scilicet Petronax Con-  
 sularis, Patricius, & obsequiorum Comes,  
 & Joannes Imperatori a cubiculis & Lo-  
 gotheta seu ærario militari Præfectus.  
 Præterea multi Abbates & multi Mona-  
 chi, qui non nominantur interfuerunt.

In Concilio sermonem auspicati sunt  
 Episcopi ex Sicilia in hunc modum: *Cre-  
 dimus expedire, ut Sanctissimus Archi-  
 episcopus Constantinopolitanus in Concilio  
 primus loquatur.* Omnibus annuentibus

c. 47. Tarasius dicere exorsus, Gratias Deo  
 egit, quod jam libertate fruerentur post  
 turbas anno superiore Constantinopoli  
 excitatas, atque Episcopos hortatus est,  
 ad rejiciendam omnem novam Doctrin-  
 nam, & ad Traditiones Ecclesiæ, quæ  
 errare non potest, conservandas, tum

24. Sept. subjunxit: *Illis, qui anno præterito veri-  
 tati resistebant, jam prodire licet, & cau-  
 sam suam defendere. Hoc modo quæ ob-  
 scura sunt in hac Quæstione facillime illu-  
 strabuntur.* Tum Constantinus Episcopus  
 Constantiæ in Cypro petiit, ut Episcopi  
 Hæresis accusati ingredi juberentur.  
 Jussit Concilium; moxque ipsis præsen-  
 tibus Imperatoris Delegati Epistolam  
 Principis nomine ad Concilium dire-  
 ctam



etiam recitari mandarunt. In ea refer-  
bantur, quæ in obitu Pauli Patriarchæ  
contigerant, Electio Tarasii, & Convoca-  
tio Concilii. Episcopi monebantur, ut  
justo judicio pacem Ecclesiæ redderent,  
& in fine addita erant hæc verba: *Ac-  
cepimus epistolas ab Hadriano Papa ad nos  
datis, quas recitari præcipimus. His lit-  
teris illisque, quas Legati Orientis Joa-  
nes & Thomas attulerunt, auditis, cogno-  
scetis, quæ Ecclesiæ Catholicæ Doctrina  
sit. (\*)*

Sæcul. VIII.  
A. C. 787.

p. 50.

p. 51.

§. XXX.

*Episcopi pœnitentes recipiuntur.*

His dictis in medium prodire jussi sunt  
Basilus Episcopus Ancyranus, Theo-  
dorus Myrensis, & Theodosius Amorien-  
sis, cumque ceteris sedentibus ipsi starent,  
Basilus Ancyranus dixit: *Domini! Quæ-  
stionem istam diligentissime examinavi,  
& solutis jam omnibus dubiis ad Ecclesiam  
Catholicam redii.* Tarasius Patriarcha  
Ff 5 dixit:

(\*) Quotiescunque sive in Oriente sive in  
Occidente Ecclesiæ vel Doctrinæ Catholicæ oc-  
currit mentio, simul etiam Cathedra Petri & Ro-  
mani Pontificis Successoris ejus, scilicet Ecclesiæ  
Universalis centrum & fundamentum memora-  
tur. Nec unquam Lutherus aut alii Novatores  
luculentissimum totius Antiquitatis testimonium  
infringere valuerunt.